



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. Quænam requirantur, ut primum beneficium vacet per adeptionem
secundi incompatibilis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ignorarunt, quodd beneficium jam aliud habeat, possint resilire ab electione, nisi electus prius beneficium dimittere, vel resignare, vel in eo non residendi dispensationem impetrare velit, cum non possit in duabus Ecclesiis talibus intitulus esse.

§. IV.

De incompatibilitate beneficiorum, & vacatione unius per assumptionem alterius.

EX dictis jam patet, incompatibilia illa beneficia esse, quae simul retineri non possunt, ita ut unum, vel ipso jure excludat alterum, & obtento secundo vacet primum, quae primi generis incompatibilia communiter dicuntur, vel saltem per Superiorem privati quis possit priore, obtento altero, quae secundi generis, & secundum quid incompatibilia dicuntur; quia tamen ad varia jura, quae variis modis circa hanc incompatibilitatem plurium beneficiorum, & vacationem alterius obtento altero loquuntur, varia etiam tempora distinguenda sunt, semper magis & magis hanc incompatibilitatem, & vacationem restringentia, satis fasè verò res ista ab Auctore Method. hoc §. examinatur, idèd videre eum poteris *l. c.* si ad scientiam tuam necessaria tibi sit: potissima hodie est *capituli De multa 28. h. t.* observatio, ubi quidem de curatis beneficiis (curam animarum in foro interno actu habentibus) dignitatibus, & aliis quibusdam, vacatio prioris ipso jure, post obtentum secundum, statuitur, Trident. tamen *Sess. 7. c. 4. De refor. ad alia* quaecunq; beneficia incompatibilia hanc

c. De multa. decisionem, & vacationem extendit; observetur proinde Tridentinum, & tanta beneficiorum conflictus, Ecclesiarum destructio, animarum negligentia, &c. non erit, vel certe in quantum deducatur *Extravag. Ioan. 22. Etenim bilis, h. t.* ubi ipso jure etiam privatur secundo beneficio, qui cum primo illud retinere contendit.

§. V.

Quanam requirantur, ut primum beneficium vacet per ademptionem secundi incompatibilis?

Primò requiritur, ut secundum beneficium non tantum collatum sit & acceptatum, sed etiam pacificam possessionem sit adeptus Beneficiarius, vel per eum steterit, quominus non adipisceretur; ne in casu scilicet litigioso, vel nondum possessi, utroque sine sua singulari culpa, careat debeat. Censetur autem pacificam (secundum) acquisiti possessionem habere, si non turbatus sit intra annum, ut voluit aliqui, vel alii volunt, intra duos menses, à tempore acquisitionis possessionis numeratae in ea turbatus, aut lis illi de possessione mota.

Secundò requiritur, ut non tantum tituli, & exercitii, aut officii pacificam possessionem habeat, sed etiam beneficiorum, & fructuum illius beneficii, vel majoris saltem portionis fructuum, ut deciditur in *e. Si tibi 26. h. t. in 6.* Neque enim talis plenè, & perfectè censetur beneficium hoc possidere, cujus nullus sit fructus accipit, & consequenter imperfecta possessio non inducit eandem vacationem prioris beneficii, ut

per eum steterit, quominus fructuum etiam possessionem habeat.

Tertio requiritur ad inducendam prioris vacationem per acquisitionem secundi, ut utrumque fuerit collatum in perpetuum, sive in titulum, sive in commendam, ut indicat *Trident. sess. 7. c. 4. de refer. & hinc per acceptationem Vicariatus Episcopalis, non vacat dignitas v. g. quam prius possederat Vicarius talis, cum Vicariatus iste non conferatur in perpetuum, sed ad nutum sit amovibilis Vicarius talis.*

Quarto, si ille, qui alterum beneficium curatum v. g. obtinuit, expensas fecit in primo ex bonis suis patrimonialibus, cogi non potest, ut primum illud dimittat, nisi prius restituatur illi expensa, *argum. Can. 2. c. 12. q. 3. nisi ex conjecturis appareat, quod eas fecerit in favorem Ecclesie, absque animo repetendi.*

§. VI.

Quanam præterea beneficia vacant per adeptionem alterius?

Dubitarum primum, utrum per promotionem alicujus ad Episcopatum amittatur, & vacant beneficia promoti? *ꝛ. ipso jure vacare omnia promoti beneficia (etiam simplicia & pensiones &c. nisi Papa ob pupertatem v. g. Episcopatus, vel ob aliam rationabilem causam, ad hæc retinenda cum illo dispensaverit) postquam electionem de se factam, & sui confirmationem acceptavit, pacificam bonorum Ecclesiasticorum possessionem acquisivit, ac consecutus fuit, vel saltem tempus ad consecrationem accipiendam à jure præscriptum suâ negligentia elabi*

permissit, non acceptâ consecratione. argu. c. cum in cunctis 7. §. cum verò. de Elect. junctâ Glossâ V. Tempore, & V. ad quem spectat. Sicuti enim absque his non censetur plenam & perfectam Episcopatus possessionem habere, ita si negligens fuit, sua illi negligentia nihil prodesse debet.

Dubitarum secundò, utrum prius curatum beneficium ipso jure amittat, qui alterum beneficium curatum per vim injustè, aut si jus ad illud habeat, propriam tamen auctoritate occupat. *ꝛ. ad primum casum affirmativè, neque enim decet, melioris conditionis esse eum, qui deliquit, occupando alterum beneficium, ut ait Pontifex in c. Eum, qui 18. h. r. in 6, quam sit ille, qui admittendo alterum beneficium curatum nihil delinquit. Ad secundum casum ꝛ. ex eodem c. perdere illum omne jus, si quod habet, vel in talibus beneficiis, vel ad ea, ut in eo puniatur, in quo delinquit per sui intrusionem.*

Dubitarum Tertio, an ipso jure vacet beneficium simplex personalem residentiam requirens per adeptionem alterius similis beneficii, etiam personalem residentiam requirentis. *ꝛ. probabilis videri, quod non ipso jure vacet prius, cum enim juxta jura antiqua, in tali casu non vacaret ipso jure beneficium prius, sed penes beneficiatum esset, alterutrum, quod vellet, dimittere, cum utriusque deservire non posset, hoc autem jus antiquum per nullum jus recentius quoad simplicia talia beneficia, quæ non sunt Dignitates, aut Personatus, correctum fuerit, consequenter manet illud in suo vigore, juxta communissimam juris regu-*